



Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bisselii, è Societate Jesu, De Pestiferis
Peccatorum Mortalium Fructibus Exempla Tragica**


Bissel, Johannes

Dilingæ, 1679

Benevole Lector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52326](#)

♦ (* *) ♦



Benevole Lector.

QUÆ proximè superioris Anni Ver-
no Jejunio, super Pestiferis Pec-
cati lethalis Fructibus, ad popu-
lum vespertinis horis verba feceram:
ea populus, Sibi facta, (sicut erant sanè) ra-
tus, Sui quoque deinceps, hoc est, publici ju-
ris & usûs, esse Vulgatione voluit. Non
poterat illi desiderio mos in totum geri: nisi lin-
guâ publicarem eâ, quæ non unum, quod
affatus eram; sed Auditoria plura, sui ser-
monis usu stylóque, percurreret: id est, eô, quâ
conscriptipseram EXEMPLA, non, quâ di-
xeram, idiomate. Quare LATINOS nunc,
amicie Lector, hos FRVCTVS in manum sumes;
quos, eloquio productos materno Germanoque,
popularis tunc Auditor in aures exceperat. Ne-
que iamen (quanquam in Latium, fide quam
optimâ, translatò Sermone vernaculo) Tullia-
nis hic Lavianisque; sed Divinæ Scripturæ,
Patrum, Scholarum, & ipsiusmet Ecclesiæ
loquendum verbis erat: nisi fumos vellem ac-
ventos (in foro minimè suo) tibi vendita-
re. quod erat profecto, Vocularum potio-

(††) 4

remo

AD LECTOR E M.

rem, quām ipsarūmmet Recum, habere rationem; & in Foliorūm occupari nugaci strepitu, *FRVCTVV M* soliditate prætermissā. Neque tamen interea tam infensus eram cultui verborum, & hostis; ut eum (sicubi præser-tim illi locus & usus esset) in solidum profili-garem. Quoniam, sicuti Spiritui dicenit, suus Affectus; Affectuique, Sermo: sic Ser-monis assuetudini, Calami fuerat, interscri-bendum, Imperius permittendus. Vale: quoque leges & carpes, iis sic utere *FRVCTI-BVS*; ut Ucilitatis interim Omne pun-ctum, memineris esse positum, in *ABSTI-NENDO*.



STL-